

P R Æ F A M E N.

nem addat atque conciliét, quam exquisita operum Dei, quæ in rebus corporeis apparent, notitia. Nihilominus certe dolendum ac turpe dictu est, divinam hanc scientiam, ad quam excolendam mandatum à Deo habemus, non sine maxima impietate, ubiuis ferme, præsertim in Germaniæ Academiis, negligi ac fusque deque haberi. Plures inveniuntur, qui pro Philosophis haberi volunt, quibus plane incognita hæc doctrina est; sed tantum inanibus abstractionibus & fictitiis terminis cerebrum repletum habent, ex quibus non nisi innumera disfidia, controversiæ, difficultates atque errores, teste veritatis magistra experientia, propullulant, nullusque usus vel emolumentum inde in rem litterariam redundat; cum ex adverso philosophia naturalium sit foecundissima mater utilissimarum artium ac omnis generis inventionum. At vero majorem adhuc reprehensionem meretur, quod illi, qui artem medicam excolunt, non majori solertia ac cura Physices studium tractent, curæque ac cordi habeant, cum tamen tota Medicina nil nisi philosophia seu scientia corporis humani sit & illarum rerum, quæ hoc ipsum variis modis afficere ac demutare possunt. Utique dolendum est graviter, dari etiamnum inter Doctores quosdam, qui sibi & aliis persuadent, sine

CO-